

ad leg. cum avus, de conat. & demonstr. lib. 5. cap. 10. num. 33. & 34. Garcia Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 4. ex num. 15. & lib. 6. cap. 10. num. 5. Mollin. de pactis nuptial. lib. 1. cap. 2. num. 8. Fr. Joan. à Ponte in convenient. utriusque Monarch. lib. 3. cap. 12. §. 4. pag. 79. Hieronym. Cavall. in tractat. de violentiis, glos. 18. ex num. 3. 21. 31. & 80. & idem simul de Regibus Gallia, Anglia, & Portugallia tradentes Carolus Grassal. lib. 1. Regal. Franc. cap. 6. Rhenat. Choppin. de donat. Franc. lib. 2. tit. 1. numer. 3. Casan. in Catalog. glorie mund. 5. part. consid. 24. num. 179. & consid. 27. & 28. Thom. Cromer. lib. 7. juris Roman. & Gallici, tit. 1. cap. 2. col. 155. Joan. Azor. 2. tom. instit. Moral. lib. 11. cap. 5. Pater Vasquez disp. 153. capit. 2. Pat. Salas de legibus, quest. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 8. Joan. Baptist. Lup. in dict. tract. de illegitimis, comment. 3. §. 3. num. 8. & seqq. & novissime Ludovic. Rudolf. in tract. de orig. dignit. & potestat. Ducum Italiae, num. 59. cum seqq. & Anton. Petr. de potest. Princip. cap. 3. quest. 4. num. 15. ubi perperam docet, hanc Regum Hispania exemptionem ab Imperio, de facto magis, quam de jure procedere, & Marta d. cap. 21. num. 13.

Quo fit, ut hanc Novi Orbis acquisitionem absque ulla Imperatoris auctoritate jure proprio 71 facere poterint, cum ipsi in suo Regno Monarcha sint, & eadem, quae de Imperatore dicuntur, in quolibet Rege, cum non recognoscere procedant, ut post Petr. de Bella pertica, & Bald. n. 4. in l. exemplo, C. de probat. Andr. de Isern. in c. 1. §. si quis de mensio, col. penult. num. 19. de controvers. invest. & plurimos alios, quos referunt, late docent Roland. à Valle consil. 66. num. 20. lib. 2. consil. 86. num. 20. lib. 1. Menchaca dict. lib. 1. quest. illustr. cap. 22. numer. 13. Borrell. dict. c. 53. Mastrillus dict. c. 4. num. 4. & 25. Rusticus dict. c. 10. num. 35. cum seqq. & latius num. 45. & Ceval. dict. glos. 18. num. 4. & 5. & 47.

72 Quinimo & potentius, dignius, & antiquius esse jus, ac dominium, quod Reges liberi habent in suo Regno, quam quod Imperator habet in imperio, apertis verbis testatur d. l. 8. tit. 1. part. 2. ubi Gregor. Lop. Andr. de Isern. in c. 1. de vassallo decrep. etat. Bald. in l. 1. C. de summ. Trinit. Purpurat. in rub. de jurisdic. omn. jud. num. 12. & in l. Imperium, num. 123. Petr. Belluga in Specul. Princip. rub. 14. §. veniamus, num. 1. Redinus ubi supra, n. 9. Mar. Freccia de subfendis, lib. 1. tit. de orig. Baronum, n. 36. Cotser. de potest. Regis, quest. 104. Petr. Gregor. 3. part. Synt. gm. lib. 47. c. 20. num. 3. & de Republ. lib. 26. c. 5. num. 7. Alexand. ab Alexand. lib. 1. dier. Genial. cap. 2. vers. Nomen verò Imperatoris, ubi Tiraquel. in addit. Suar. in quest. majoratus à n. 23. usque ad 31. Matth. de Afflictis in preluad. ad constitut. Regn. Neapol. quest. 13. per totam, Boer. decis. 178. num. 9. Burgos de Paz in dict. proem. leg. Tauri, n. 143. cum seqq. Borrell. dict. c. 48. num. 8. Aceved. in l. 1. num. 17. tit. 1. lib. 4. Recopil. Villalob. in antinom. jur. Civil. & Regii, c. 1. per tot. Bobadilla in dici. Polit. lib. 5. c. 5. num. 7. pag. 902. Vald. in dict. c. 18. num. 33. Mastrill. d. cap. 4.

num. 3. & novissime Calist. Remir. dict. tractat. de leg. Regia, §. 2. num. 41. & cap. 4. num. 2. & alii relati à Petr. Gilkenio d. auth. quas actiones, c. 9. n. 16. & Petra c. 34. q. 4. n. 33.

Quae omnia in terminis questionis, de qua agimus, longè certius atque apertius procedent, si animadvertamus, quod ipsum Carolum V. Imper. 73 Augustum, simul atque Imperii coronam accepit, solemniter sacramento praestito promississe, se libertatem, atque exemptionem ab Imperio, quam Hispania Regnum habebat, nullo modo refragaturum, & generaliter protestatum fuisse, ea omnia, quae ad ejusdem Hispani Regni gubernationem facturus esset, Regio tantum, non Imperatorio jure censi, ac iudicari debere. Cujus protestationis verba ad litteram refert Vald. dict. c. 8. n. 4. & Ceval. d. gloss. 18. n. 34.

Et est simile quod ab eodem Imperatore 74 deciditur in l. 8. tit. 1. lib. 6. Recop. nempe privilegia nobilitatis, & exemptionis, quae aliqui 75 bus Hispani Regni subditis, & vassallis tamquam Imperator concessit, solum in terris Imperii vires, & effectum sortiri debere, circa jus legis justitiam, & praemixta plura utiliter concessit Joan. Gutier. lib. 4. praet. quest. 11. per totam.

Unde illud etiam nascetur, quod dixit Ol- 76 drad. cons. 69. num. 6. Hispanos scilicet legem habere, per quam capite puniunt eos, qui in iudicio leges Imperatorum allegant, quod quamvis certum non sit, ut advertit Ceval. d. quest. ult. num. 41. at tamen certissimum est, quod saltem prohibemur, eas in vim legum allegare, sed tantum in vim rationis, ut constat ex l. Tauri, & traditis à Burgos de Paz ibid. à n. 59. Palac. Rub. in introducit. rub. de donat. inter. Didac. Perez in proem. leg. ordin. quest. 3. Greg. Lop. in l. 5. verb. De otra lei, gloss. 2. tit. 1. part. 1. Matienz. in l. 2. gloss. 1. num. 15. tit. 5. lib. 5. Recopil. & plures alii, quos novissime refert Pat. Vasquez dict. disp. 153. cap. 2. & Pat. Salas dict. disp. 7. sect. 9.

CAPUT XXII.

De decimo, & efficacissimo titulo, qui ex Romani Pontificis donatione, & concessione deducitur: Et an, & quantum verum sit, illum circa personas, bona, & Regna fidelium & infidelium, tam in spiritualibus, quam in temporalibus disponere posse.

SUMMARIUM.

- 1 Pontificis concessionis titulus in questionem deducitur.
- 2 Pontifex Summus an sit totius mundi supremus Monarcha in spiritualibus, & temporalibus, ardua est, & antiqua quest.
- 3 Labor suus unicuique prodesse debet.
- 4 Papa nullam omnino jurisdictionem temporalem Hereticis concedat, cui damnatur & convincuntur.
- 5 Constantini Augusti donatio Ecclesiae facta pluribus comprobatur.
- 6 Jurisdictionem nullam temporalem extra terras Ecclesiae Pontificem Romanum exercere posse, multi asseverant.
- 7 Imperia, & Regna temporalia ab Ecclesia non pendere plures affirmant.

Deum

- 8 Deum verum, & immediatum Imperii temporalis jurisdictionis Auctorem quidam constituunt.
- 9 Lex 1. & 7. tit. 1. part. 2. illustratur.
- 10 Auctores plures citantur, qui temporalem jurisdictionem Pontifici negant, in terris Imperii, vel aliorum Principum secularium.
- 11 Dantes Poeta Florentinus, scripsit librum pro imperii Monarchia.
- 12 Antonius de Rosellis hereticos vocare audeat eos, qui dicunt, imperium pendere ab Ecclesia.
- 13 Lud. Bavarus Imp. legem condidit contra asserentes, Imperium pendere ab Ecclesia.
- 14 Pontifex Romani eligendi potestas aliquando Imperatori commissa dicitur. Et num. 35.
- 15 Philippus Pulcher Galliae Rex imprudenter contentiones habuit cum Bonifacio VIII. eum in temporalibus recognoscere, volens.
- 16 Galliae Reges multum desecrunt Papam in temporalibus recognoscere, & de juramento, & lege ubi eis super hoc articulo lata.
- 17 Pontifex Romanus supremam universalem in spiritualibus, & temporalem jurisdictionem & dominationem habet ex multorum sententia.
- 18 Regna omnia, & Imperia mediata ab Ecclesia derivari, plurimi docent.
- 19 Auctores plures utriusque Scholae citantur, qui indistinctè utrumque gladium Pontifici tribuunt.
- 20 Pontifex appellatur totius mundi Dominus.
- 21 Imperium potest Summus Pontifex de Germanis ad Hispanos, si velit, transferre.
- 22 Jurisdictionem temporalem Ecclesiae tentans auferre, in sua iniquitate confundatur.
- 23 Gothifredus Viterbiensis Auctor antiquus universalem, & temporalem Ecclesiae jurisdictionem agnoscit.
- 24 Pape, qui negant exercitium temporali jurisdictionis, vel Imperium ab Ecclesia pendere, heretici à multis censentur.
- 25 Dantes Poeta quare fuerit de heresi post mortem damnatus.
- 26 Ludovicus Bavarus Imp. gesta omnia contra Ecclesiam damnata sunt.
- 27 Joan. Hus error affirmantis, Imperium non pendere ab Ecclesia in Concilio Constantiensi damnatus fuit.
- 28 Philippi Pulchri superbia per Extravag. unam sanctam correcta fuit.
- 29 Bavaria Duces religiosissimi, & Sedis Apostolicae devotissimi sunt.
- 30 Lotharius Caesar Rome pater inspicitur à Pontifice Imperii coronam recipiens.
- 31 Henricus IV. Galliae Rex qualiter Ecclesiae auctoritatem, & temporalem jurisdictionem agnovit.
- 32 Imperatorum, & Regum exempla plura qui Romana Ecclesiae maximam reverentiam, & obedientiam habuerunt, remissive.
- 33 Pietas in Deum, & Ecclesiam est praecipuum regnum fundamentum.
- 34 Cap. Adrianus, distinct. 63. exponitur, & saltem historiam continere ostenditur, num. 39.
- 35 Pontificis Romani erigendi, & Sedis Apostolicae ordinande auctoritas qualiter data fuerit Carolo Magno.
- 36 Cap. in memoriam 3. distinct. 19. c. 2. distinct. 10. cap. generalis 25. quest. 1. expenduntur.
- 37 Ludovicus Pius renuntiavit privilegio eligendi Pontificem.
- 38 Cap. ego Ludovicus distinct. 63. exponitur.
- 39 Libere sunt omnium Pralatorum Ecclesiasticorum electiones.
- 40 Papam non habere jurisdictionem temporalem, nisi indirectè, & in ordine ad spiritualia, multi opinantur.
- 41 Herciscundi appellantur, qui inter duas opiniones contrarias, mediam eligunt.
- 42 Jurisdictionis Pontificis in spiritualibus & temporalibus differentia qua sit.
- 43 Pontifex exigente sine supernaturali Imperatores, Reges, & Principes gladio etiam temporali coercere potest, qui tunc verius ratione sunt, spiritualis appellari poterit.

- 44 Papa, ubi gladio materiali opus est, illum non sua sed aliorum Principum fidelium manu exercere debet.
- 45 Auctores plurimi pro hac opinione citantur, quae solum indirectam temporalem jurisdictionem Pontifici tribuit.
- 46 Gersonem tamquam adulatorem Papa cur notet Almainus.
- 47 Bellarminus, & alii gravissimi Theologi quibus terminis explicent jurisdictionem temporalem, quam R. P. in seculares Principes habet.
- 48 Jurisdictionem spiritualem esse omnino distinctam à temporali, qualiter intelligendum sit.
- 49 Reges Hispaniae, & alii in temporalibus superiorem non recognoscunt.
- 50 Regum exemptio, & libertas in temporalibus, qualiter intelligi debeat.
- 51 Jurisdictio Papae spiritualis subordinat sibi temporalem Regum, & Principum.
- 52 Papa est iudex Principum non recognoscentium superiorem, maxime ratione peccati.
- 53 Papa est praecipuus Caesar, & Princeps Regum terrarum, & supra omnem jurisdictionem.
- 54 Pontifices Summi sepe gladio temporali adversus seculares Principes sui reperiuntur.
- 55 Jura plura citantur, quae adducunt exempla Imperatorum, & Regum, qui à Pontificibus privati, aut puniti sunt.
- 56 Auctores plurimi reconcentur, qui varias historias congerunt Regum à Romanis Pontificibus temporaliter punitorum, & deponitorum.
- 57 Navarra regnum Julius III. Joannis, ut schismatico ademisset, & Regibus Catholicis occupandum concessit.
- 58 Anglia regnum ratione heresis, & schismatis à Pio V. & Sixto V. Philippo II. Hispaniae Regi adjudicatum est.
- 59 Imperatores, & Principes seculares dedignari non debent Pontifici subfieri.
- 60 Aurelianus Imperator, licet Ethnicus, Romani Pontificis dignitatem agnovit.
- 61 Regna, & Imperia eo magis augentur, quo magis Sedis Apostolicae subficiantur.
- 62 Ecclesiae auctoritatem, & jurisdictionem temporalem augeri, convenientissimum est.
- 63 Orbis Frisingensis dubitatio diluitur, dum querit, an antiqua humilitate, vel hodierna exultante Ecclesiae magis conveniat.
- 64 Bapt. Fulgorii verba expenduntur de Pontificum in Reges, & Imperatores potestates & auctoritate.

Superest modò, ut quando in concessionis, sive confirmationis Imperatoriae jure parum roboris esse ostendimus, ad Indorum infidelium provincias occupandas, & adquirendas, diligentè disputatione examinare conemur, quod an justior, ac validior ille alter titulus iudicari debeat, qui ex vi, & auctoritate donationis Alexandri VI. Summi Romanae Ecclesiae Pontificis peti solet, quae apertis, & bullatis (ut dicunt) literis gloriosissimis, & re ut nomine Catholicissimis Hispaniae nostrae Regibus Ferdinando, & Elizabeth, eorumque haeredibus, & successoribus omnes insulas, & terras firmas pleno jure donavit, concessit, & assignavit, quae versus Occidentem, & Meridiem detectae, & in posterum detegendae essent, & per alium Christianum Principem actualiter tunc temporis possessa non invenirentur.

Cujus questionis decisio ex ea dependet, an Summus Pontifex, & tamquam Christi in terris Vicarius, omnibus, & in omnibus praesente, & dominari videatur, & de Regibus, & provinciis fidelium non solum in spiritualibus, verum etiam in temporalibus disponere possit? Quae quidem, ita

Cartholic. cap. 47. ex num. 57. & in summa de his. lib. 1. tit. 4. fol. 10. Petr. Cened. in collect. 167. ad Decretales, n. 1. Cardinalis Tusch, qui plurimos refert; pract. conelus. jur. verb. Imperator; conelus. 31. 32. & 39. & verb. Papa, conelus. 41. Mare. Anton. Peregrin. in tract. de jure Fisci; lib. 1. tit. 2. per totum, præcipue num. 2. & 20. Thom. Boc. de temporali Eccles. Monarchi. & jurisdicti. lib. 1. cap. 1. pag. 13. & 23. pag. 231. & de jure stat. Eccles. lib. 2. cap. 9. & sequenti; & de Italia statu adversus Machiavel. lib. 4. c. 5. pag. 42. ubi secunde affirmat communem opinionem Theologorum, & Canonistarum esse, quod Papa sit absolutus Dominus spiritualium, & temporalium, & de ruinis Gentium; lib. 1. cap. 18. pag. 106. & 107. ubi quod Dominium spirituale subordinat sibi temporale; & de sign. Eccles. Dei; lib. 17. c. 3. lib. 18. cap. 1. & 2. ubi multa ad eandem rem erudite considerat, & infinium, & progressum Pontificie dignitatis illustrat Castell. à Bobadilla d. cap. 17. num. 3. & 9. ubi eam securiorem, & receptiorem appellat; Andr. Fachin. l. 5. controversi. juris divil. a. 89. ubi defendens dictam epistolam inter claras ab impugnationibus Hotmani, & aliorum hæreticorum, plura circa eandem temporalem Pontificiam potestatem congressit, & mollius, & copiosius cæteris eruditissimus Div. Joann. Baptist. Valenzuela in d. monit. contra Venet. 4. part. ex num. 178. & part. 5. num. 226. & part. 7. ex num. 12. 34. & 40. Camill. Bortell. de præstat. Reg. Catholic. cap. 47. ex n. 42. novissime Marta de jurisdicti. 1. part. cap. 17. cum multis sequentibus; Franc. Torreblanc. lib. 3. de Magia, c. 4. per totum; & cap. 20. num. 31. & sequenti. & lib. 4. cap. 1. Anton. Cardos. in repertorio Judicium, & Advocat. verb. Papa, num. 2. & 3. Palect. de sacro Consistorio in concil. operis, memb. 5. p. 563. litera B, DD. Garcia Masrillus de Magistrat. lib. 1. cap. 2. per totam, præcipue n. 18. ubi quod Summus Pontifex, & summus mundi Dominus appellatur, & est Summus Princeps, omnem habens plenitudinem potestatis, & quod hoc est plus quam luce clarius, & licet aliqui contrarium teneant, nihilominus sine ratione loquuntur, nec allegari merentur. Petr. Andr. Canonher. in Aphorism. mor. & Polit. Hippocrat. lib. 1. pag. 319. & Fr. Joan. à Ponte de conventient. utr. Monarch. lib. 1. cap. 5. in princ. pag. 23. & c. 6. §. 1. pag. 30. ubi eandem Pontificum potestatem indistincte tuetur, & resolvit, eos posse, si velint, Imperium à Romanis ad Hispanos transferre; & Seraph. Freit. de Imper. Asiat. c. 6. qui late, & erudite loquitur, ac rem ex suis primordiis deducens, argumentis Incognitis in tract. Maris Iberi, plene respondet.

Et licet hanc opinionem in totum non probet, viginti tamen argumenta pro ea considerat Bermond. Choveron. in dict. tract. de public. concubin. verb. Etsi Regali, ex n. 8. & late de eadem agit Navarr. in dict. c. notab. 3. ex n. 147. Covarr. in dict. reg. peccatum, 2. part. §. 9. n. 5. vers. Primum an verum, & num. 7. Menchaca lib. 1. controvers. illustr. cap. 20. num. 2. vers. Contrariam, & latissime Ludovic. à Param. dict. lib. 3. quest. 1. opin. per tot. ubi communem Canonistarum esse testatur.

Quibus addere licet Guillelm. Benedic. in c. Raynulfus de testam. verb. Et uxorem, deci. 1. n. 8. ubi, quamvis natione Gallus, docet eandem sententiam prosecutur, & num. 21. addit, quod jurisdictionem Ecclesie temporalem tentans auferre, in sua iniquitate confunditur.

Et Gotthifredum Viterbiensem, Auctorem 23 cæteris antiquiorem, qui, ut refert Cardin. Baron. anno Christi 1186. n. 22. eodem anno suam historiam vulgavit, quam ob rem universalitatem Pantheon appellavit. Eamque Urbano III. obtulit, & licet fuerit Frederici Imperatoris, & Henrici ejus filii Notarius, qui maximas cum Sede Apostolica contentiones habuerunt, minime tamen desistit, quin liberè sepe professus sit, Imperatores, & Reges debere subditos esse Papæ, ejusque auctoritate mandatis. Quod præcipue testatur in præfatione eidem operi præfixa, ubi sic exorditur: *Deum sacrosanctæ Matris nostræ Romanæ Ecclesie culmen inspicio, & ejus eminentiam considero majestatem, & illud ante omnia necessarium esse intueor, ut sicut ipsa omnibus noscitur præesse Principibus, ita omnes Reges, & Principes, & universa Orbis Ecclesia, doctrina ejus, & regimine adornentur, & ab ea tanquam à fonte justitie, totius sapientie regula insinuantur, &c.*

Unde non male dixisse videtur Bart. in dict. l. 1. §. 1. de requir. reis, negantes in Papa temporaliis gladii potestatem, & exercitium, vel quod Imperium non dependeat ab Ecclesia, hæreticos esse, & Dantem, qui Poetam post mortem suam quasi propter hoc de hæresi fuisse damnatum. Nam licet id auctoritate tribuat Covarr. ubi supra num. 7. vers. Quartus, & vers. Ex qua resolutione, & Navar. d. notab. 3. n. 30. eo quod usque adhuc certa hujus articuli definitio ab Ecclesia data non sit: expressè tamen idem docet, & sequitur Bellamer. in d. cap. notit. n. 18 August. de Anteon. de potestat. Eccl. q. 6. 36. 39. & 46. Specul. vite humi. 2. part. cap. 2. Alvar. Pelag. de plant. Eccles. lib. 1. c. 37. 56. & 59. Alban. in l. fin. num. 3. & 4. de juris. omn. jud. Cardin. Alban. de potest. Papæ 2. part. num. 17. Abb. cons. 28. lib. 1. Aretin. cons. 59. Cardin. Jacob. dict. lib. 10. de Concil. art. 8. num. 17. Læf. Jordan. de major. episcop. caus. c. 8. n. 16. Thom. Boc. d. lib. 4. de Italia statu, c. 5. Anastas. Germon. d. cap. 13. num. 21. & 22. ubi ait votis frequentioribus, juris utriusque Interpretes tenere, Pontificem Maximum, utriusque gladii potestatem habere, atque adeo ipsum quoque Imperium ab Ecclesia dependere, & ita de necessitate salutis credi, & teneri firmiter oportere: Marta d. cap. 19. n. 5. Morla in oporio juris, 1. part. tit. 2. q. 4. n. 9. Valenzuela d. 7. part. num. 49. & 50. Masrill. d. cap. 2. n. 18. ubi ait, quod tenentes contrarium sine ratione loquuntur, nec allegari merentur, cum eorum dicta sint novissime in hoc expurgata per sanctissimam Inquisitionem Hispaniæ.

Qua etiam de causa rejici, & damnari debet illud decretum Ludovici Bavar. Imperatoris, cuius supra num. 13. meminimus, quemadmodum ipse ipsa damnatum fuisse cum reliquis ejus gestis, quia Romanæ Ecclesie magnus persecutor fuit memorat Bald. cons. 204. n. 3. lib. 3. & Oldrad. cons. 85. ad medium, quos refert, & sequitur Tus-

Tusch. lib. B, concl. 31. & Marta dict. cap. 19. num. 13. & 14. ubi graviter Albericum reprehendit, quod illud defenderit. Et similem errorem Joann. Hus in Concilio Constantiensi damnatum commemorat, & multo magis reprehendere posset Hervartum Germanum, qui pro ejusdem Ludovici defensione nuper contra Bocium integrum tractatum vulgavit ejus mentionem facit novissimus Christ. Befold. in dissertat. juridic. polit. de præcedentia, & sessionis prærogativa, cap. 2. pag. 130.

Et eodem modo explosa, & damnata fuit dicti Philippi Pulchri, Regis Gallie, protervia, per dict. Extravag. unam sanctam, de majori. & obedient. ut refert Palac. Rub. ubi supra, §. 6. eam nimis salubrem & necessariam fuisse, inquietens, ad convincendos plures inobedientes, & rebelles Reges, & Principes seculares, qui nolunt subesse Ecclesie Romanæ, nec Romano Pontifici.

Possumusque edicto Ludovic. Bavar. Imperat. eximiamque successorum ejus in Ducatu Bavarie pietatem, Religionem, & in Romanam Ecclesiam propensionem opponere, cum nulla sit temporibus nostris, post Imperialem familiam Austriacam, quæ magis eam tueri, ac promovere conetur, ut bene observat Tusch. ubi supra. n. ult.

Et Lotharius Cesar. atque Imperat. Augustum (ut alios interim taceam, de quibus late agit Marta d. 1. p. c. 18. & Cam. Borel. de præstat. Reg. Cath. cap. 47. ex n. 46.) qui pietatis, & venerationis ergo, quam in Romanam Ecclesiam exhibuit in Lateranensi Basilica depictus habetur, quasi vassallus ad Innocentii II. Pontificis pedes prostratus, Imperii coronam ab ipso recipiens, his versibus, rem magis ostendentibus, ibidem scriptis:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Post homo iis Papæ, sumit quo dante coronam.

Ut habetur apud Radevicum lib. 1. n. 9. & 10. Fran. Horman. in disp. de feud. cap. 8. Marta de juris. cap. 18. num. 22. & Valenzuela ubi supra, part. 5. num. 106.

Philippo verò Pulchro & Henrico IV. ejusdem Gallie Regem opponere etiam licebit, apud quem, in hæresim lapsus, & ob hoc à Romano Pontifice anathematis, & privationis Regni sententia damnatus, cum tabule forenses coaxarent, & variis libellis scriberent, nullam in Regno Francie Summi Pontificis auctoritatem esse, nec posse Regno privare hæreticum, qui juragrationis ad sceptrum vocaretur, nec Catholicos juramento fidelitatis absolvere, quod ipsi Henrico præstiterant, nec ulla ratione de rebus temporalibus illius Regni struere: ipse sese ad meliorem frugem convertit, & verè confiteri coepit, majorem Summi Pontificis auctoritatem quam suam esse, cum videret ann. 1593. ex ejusdem Pontificis jussu omnes Regni ordines ad electionem Regis orthodoxi progredi velle, ut bene observat, & recolit Param. ubi supra, quest. 1. opin. 4. num. ult. & Rutil. Benzoni. de ann. jubil. lib. 1. cap. 10. pag. 57. & sequenti. ubi addit, hunc Regem Ecclesie reconciliatum, & à Clemente VIII. absolutum, & benedictione Apostolica donatum fuisse 17. Septemb. ann. 1595. & de ejus conversione multum.

rum Ecclesiam Catholicam exaltasse, & quemdam Poetam rectè sic cecinisse:

Quem tota armatum mirata est Gallia Regem,
Mirata est etiam Roma Beata Pium,
Magnum opus est armis stravitisse togæ agmina, majus
Pontificis pedibus procubuisse sacris.

Et qui plura alia exempla voluerit Regum, & Imperatorum, qui maximam reverentiam, & obedientiam Apostolicæ Romanæ Sedi in spiritualibus, & temporalibus exhibuerunt, legere poterit Joan. Stapleton. in tract. de admir. magnitud. Eccles. Roman. lib. 2. cap. 4. Petr. Gregor. Tholosan. lib. 12. de Republ. Læf. Cæcium lib. 2. Polit. c. 5. num. 1. Thom. Bocium lib. 5. de jur. natur. & Divino Eccles. libert. cap. 4. & 5. & de sign. Eccles. lib. 20. c. 5. Henric. Farnes. de perf. Princ. tom. 3. de Relig. in princ. & cap. 3. 20. 24. Camill. Bortell. de præstat. Reg. Catholic. c. 47. ex num. 75. Joseph. Stephan. de adoratio. ne pedum Pontificis, c. 7. & 8. Jodoc. Coccium omnino videndum in Thesaur. Catholic. tom. 1. lib. 7. de Hierarch. Eccles. art. 8. & novissime Par. Suarez in defensione Fidei, lib. 3. c. 21. n. 7. pag. 322.

Quod tantum abfuit, ut quidquam eorum gloriæ, & existimationi detraxerit, ut potius inde pluris habitus, & majoribus imperiis potitus fuerint, ut testigimus supra lib. 1. cap. ult. n. 88. & pluribus probat Valenzuel. contra Venetos, 3. part. num. 89. 5. part. num. 207. & 7. part. num. 126. & novissime post hæc scripta Michael Naucler. in tract. de Monarch. lib. 8. per tot. nimirum, quia ut præclare inquit D. Cyril. lib. de rella in Deum fide: Gloriosa est in Deum pietas, & in Regis honoribus immobile fundamentum. Et teste Valerio Maximo lib. 4. c. 1. §. de Lucio Purr. tunc Romani, se mundi reginem habere, putarunt, cum sacris imperia servirent, & divina potentia bene, & constanter fuissent famulata.

Quibus non obstat, quod supra num. 14. ex dict. cap. Adrianus, retulimus. Nam licet sine præjudicio veritatis concedamus, quod tunc Ecclesia, quia magnis vexabatur Longobardorum perturbationibus, se Caroli Magni protectioni commiserit, & et eligendi Romanum Pontificem, atque ordinandi Apostolicam Sedem auctoritatem derulerit, non tamen ob id eadem sedes, jus suæ prelationis, & jurisdictionis amisit, sed potius Caroli pietate, & protectione mediante, illud conservare studuit. Quod ipse Imperator satis agnovit, dum dixit: *In memoriam Beati Petri honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam Sedem, ut qua nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiastica rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus.* Quæ verba ex capitulis Caroli refert Gratian. in cap. 3. distinct. 19. & Naucler. vol. 2. gener. 28. dicit esse unum ex viginti tribus capitulis, quæ Carolus ad suos subditos misit. Et receptum est à Patribus in Concilio Triburicensi canon. 30. Unde etiam dixit Symbach. Papa in sexta Synodo Romana: *Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, quidquam, quod Apostolicis regulis obviat, agere, ut*

ex num. 71. & expressius celebris textus, in dict. Extravag. unam sanctam de major, & obed. ibi: Oportet autem gladium esse sub gladio. & temporalem auctoritatem spirituali subiacere potestati. Quo jure saepe saepius usa videtur sancta Romana Ecclesia, & Pontifices Summi, qui illam pro tempore gubernarunt. Nam ubi sibi expedire visum fuit, adversus Imperatores, Reges, & alios Principes seculares, non solum censuras Ecclesiasticas, sed materialem etiam gladium evaginaverunt, illosque suis Regnis, & Imperiis privarunt, vel eorum administratione, & jurisdictione, quosque resipiscerent, prohibuerunt, ut aperte consensu ex multis exemplis, quae deducti possunt ex cap. Valentinianus, c. Adrianus 63, dist. d. c. duo, & cap. Constantinus 69, dist. d. c. Sacerdotibus 11. q. 1. glos. in c. nullus, eadem causa, & q. & in dict. c. si Imperator. verbo Divinitus, c. si quis deinceps 17. q. 4. c. alius 15. quest. 6. c. hortatu, 23. q. 8. c. scelus 2. q. 1. c. nos si incompetenter 2. q. 1. cap. venerabilem de elect. d. cap. novit, de iudiciis, cap. per venerabilem, & cap. causam que, el. 2. qui filii sint legit. cap. grandi de supplend. neglig. Pralat. cap. ad Apostolic. de re iudic. cap. unico de Schismat. lib. 6. gloss. verb. Urbano, in Clement. 1. de relig. & venerat. Sanctor. & ex innumeris aliis, quae non gravaremur ex omnimoda historia, & chronologicis observationibus promere, & lato calamo recensere nisi id ante Nos diligentissimè praestitissent omnes ferè auctores supra relati, & praecipuè Joan. Lop. Palac. Rub. d. tract. de obtent. Reg. Navarr. 2. p. §. 6. & 7. Bermond. Choveron. d. tract. de publ. concubin. verb. Et si Regali ex n. 4. Turrecrem. in sum. de Eccles. lib. 2. c. 114. per totum, Albert. Pighius lib. 5. Hierarch. Eccles. c. 14. & 15. Petr. Gregor. dict. lib. 15. Syntag. c. 1. ex n. 11. & lib. 26. de Republ. c. 4. & 5. P. Molin. d. tract. 2. de just. & jure, disp. 29. vers. 3. col. 137. Illustriss. Cardinal. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pontific. c. 19. & lib. 3. c. 3. vers. Haec opinio, lib. 4. c. 13. vers. Deinde, ubi late agit de depositione Henrici IV. Imper. per Gregor. VII. facta, & latius lib. 5. c. 8. per tot. ubi duodecim insignia exempla proponit, Simanc. d. tit. 45. ex n. 25. Azala de jure & officio belli, lib. 1. c. 2. n. 27. Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei, lib. 17. c. 3. & 4. per totum, & in dict. tract. de jure Ecclesiast. libert. & potest. lib. 6. c. 12. & de Italiae statu contra Machiavel. lib. 3. cap. 5. & 6. Anast. Germon. d. lib. 13. de sacer. immunit. c. 13. ex n. 27. ad 50. Joan. Boter. in relat. univers. 2. p. lib. 4. ubi agit de Romano Pontifice, ex pag. 234. Rutil. Benzon. de anno jubil. lib. 1. c. 10. pag. 57. & 58. Salas dict. tract. de legibus, quest. 95. disput. 7. sect. 4. Angel. Mattheac. de vita, & ratione juris, lib. 1. c. 34. num. 28. Valenzuel. dict. 5. p. ex n. 236. ad 258. Bobadill. dict. lib. 2. Polit. c. 17. n. 5. Camill. Borrell. d. tract. de prestan. Reg. Cathol. c. 45. ex n. 10. & d. c. 47. ex n. 46. Peregrin. de jure fisci, lib. 1. tit. 2. ex n. 5. latissime Param. omnino videndus, dict. lib. 3. de orig. Inquisit. q. 1. opin. 3. ferè per totam; ubi plurima exempla laboriosè congressit, Marta de iurisdic. 1. p. c. 5. ex n. 15. & c. 23. per totum. P. Suar. in dict. defens. Fidei, lib. 3. c. 32. ex n. 1. & lib. 6. c. 4. n. 17. & sequentibus, & in tract. de Fide, disp. 20. sect. 3. a n. 21. & dis-

put. 22. sect. 8. num. 2. & 7. Callst. Remir. dict. tract. de leg. Regia, §. 2. ex n. 44. & novissimus Seraph. Freyr. d. cap. 6. ex n. 45. ubi post Bellarm. optimè refert, & refellit argumenta, quibus in contrarium pugnare videtur Guiller. Barclajus. Estque inter alia exempla illud Julii II. Rom. Pontific. valde notandum, qui Joannem Navarra Regem, & ipsius conjugem Schismaticos declaravit, & Regno privavit. Qua occasione & aliis à Catholico Rege Ferdinando V. occupatum fuit, ut ad longum recensent Platina, Illescas, & alii in vita ejusdem Julii, Anton. Nebrissent. de bello Navarriensi, lib. 1. c. 2. & 3. Palac. Rub. d. tract. de obtent. Reg. Navarr. Garibay in compend. histor. 2. part. lib. 20. cap. 15. & 3. part. lib. 29. cap. 4. & sequentibus, Pined. in Monarch. lib. 27. cap. 8. §. 3. Borrellus d. cap. 46. ex numer. 102. & d. cap. 47. num. 69. Valenzuel. supr. num. 255. & Nos latius, supr. hoc lib. 2. cap. 20. num. 63. Et memoria nostra Pius V. felicitis recordationis anno 1569. per suam constitutionem qua incipit: Regnans in excelsis, Anglia Regnum, ob Isabella Reginae detestabiles haereses, & errores, ab ea ademitt, & Christianis Principibus illud debellandi, & occupandi potestatem fecit. Et postea Sixtus V. anno 1588. de eodem Regno, ac Britonum, Philippum II. Regem Hispaniae Catholicum investivit, ut tradunt Sander. de orig. & progress. Schism. lib. 1. German. ubi supra num. 41. Bobadill. num. 5. vers. T en estos tiempos, & Camill. Borrell. d. cap. 46. num. 189. & sequq. Neque Pii, & Christiani Principes iniquo animo hanc Romanae Ecclesiae supremam auctoritatem ferre debent, cum P. Aurelianus Imperator, licet à Religione Christiana abhorrens, Romani Pontificis prerogativam agnovit, ut tradit Euseb. Caesariensis. lib. 7. hist. Eccles. cap. 26. Rufin. lib. 7. cap. 30. Alan. Copp. dialog. 1. cap. 8. pag. 53. Et re vera majus imperio sit submittere legibus Principatum, I. digna vox, G. de legibus, ipsaque temporalis dignitas hoc modo majora incrementa recipiat, ut tetigimus sup. num. 33. & prosequitur Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei, lib. 20. c. 8. & sequq. & lib. 20. per totum, & in tract. imperia pendere à virtutibus. Praesertim, cum propter malitiam temporum, experientia clamer, non solum utiliter, sed etiam necessariò, & ex singulari Dei providentia, hac temporali jurisdictione, & coactione donatos esse Pontifices, ut praclare advertit Bellarm. d. lib. 5. de Roman. Pontif. c. 9. quia ita res ponderat dubitationi Othonis Frisingensis in prologo ad lib. 4. Chronic. scorum, dum dicit: Utrum Deo magis placeat Ecclesia, quae nunc cernitur exaltatio, quam prior humilitatio, proptus ignorare me profiteor: videtur quidem status ille fuisse melior iste felicio; assentior tamen Romanae sedi, quam super firmam petram edificatam non dubito, credenda, quae credit, licetè possidenda, quae possidet, &c. Idem quoque pluribus exemplis ostendit Bap. Fulgos. lib. 1. memorab. c. 1. de cultu Religionis, in cujus initio sic habet: Huc accedit, quod

quod multi Reges, Imperatoresque ipsi, Regio, atque Imperatorio honore digni non creduntur, quos Religiosè Sacerdotes non unxerint, quin postea quam assumpto diademate in Regno, aut Imperio confirmati fuerit, si Ecclesiam haeresi, aut alio modo laeserint, à Pontificibus regnandi, imperandique jure privantur, plurisque apud Christianos populos Religio, Pontificiaque voluntas, quam arma ipsa, atque Regum Majestas habita est, &c.

Et alia adducit, lib. 6. cap. 3. de severitate, fol. 200. & seqq. Quae eo magis adnotanda sunt, quod ipse idem auctor. lib. 2. c. 1. de priscis institutionibus, fol. 60. sui veluti immemor, eosdem Pontifices Romanos taxare videtur, quod opibus & majestate praefulgeant: Studiumque principalis nominis, sanctissimaeque appellationis, item pedum deosculaciones, etiam à Regibus, & Augustis, factas, admittant, & prima nomina, à satris humilibus primordiis incepta, in militarem, atque tyrannicam potestatem transtulerint, qua Principum ignavia diu ferendo incorrigibilia efficit. Et alia similia habet, lib. 9. c. 5. de superbia, fol. 329. quae vel delenda sunt, vel caute legenda.

CAPUT XXIII.

De eodem titulo, & magis peculiari Pontificiae potestatis in concedendis Regnis, Provinciis, & bonis infidelium disputatione.

SUMMARIUM.

- 1 Pontifex an possit de provinciis infidelium disponere, iterum in disputationem adducitur.
- 2 Pape potestatem non extendi ad infideles, qui nunquam de Ecclesia gremio fuerunt multi Doctores tenent, qui latissime recensentur.
- 3 Infideles per Papam quibus in causis puniri, & judicari possint, ex sententia Covarr. & aliorum.
- 4 Ambrosius Catherinus vocat nimis simplices & adulatores Pape eos, qui illum totius Orbis dominum faciunt.
- 5 Alexander VI. ex sententia Episcopi Chiapensis, Acoriae, Cajetani, Soti, Victoria, Corduba, Bellarm. Bannez, Valensia, Molina, & aliorum, quorum dicta specialiter ponderantur, solum concessit Regibus Catholicis curam conversionis, & protectionem Indorum Novi Orbis, sed contrarium, ex numer. 63.
- 6 Alexandri VI. bullam, & concessionem erroris nota sugillat Gregorius de Valentia.
- 7 Pat. Franc. Coello exquestore Limensi, Societatis Jesu Presbyter admodum religiosus, & eruditus, laudatur.
- 8 P. Joan. de Salas summarium, in Indice parum caute scriptum, notatur.
- 9 Michael Salon nunquam dixit, Reges nostros Novum Orbem tyrannicè possidere.
- 10 Haeretici passim rident, & mordent Alexandri VI. concessionem.
- 11 Atabaliba Peruanorum Rex quid respondisse dicatur legatis Caroli V. Imp. & Alexandri VI. donationem intimantibus.
- 12 Alexandri VI. donationem haeretici quidam umbratilem appellat.
- 13 Auctor libri, cui titulus: Mare liberum late, & liberè in eadem Alexandri VI. donationem debachatur, & quàm justè idem liber prohibitus sit.
- 14 Haereticorum deliria notanda sunt, ut illis respondatur.

- 15 Papa jurisdictionem temporalem in toto Orbe nullibi probari, plures affirmant.
- 16 Infidelium persona, & bona ex sententia multorum non solum in temporalibus, verum neque in spiritualibus Papae subduntur.
- 17 Ovium nomine, quae Petro à Christo commissa sunt, fideles tantum intelliguntur.
- 18 Infidelium respectu, Christus Petro, & ejus successoribus solum curam praedicationis praecipisse videtur.
- 19 Papa diverso officio suo uti debet inter fideles, & inter infideles.
- 20 D. Paul. 1. Corinth. 5. nullam omnino jurisdictionem Ecclesiae adversus infideles concedere videtur.
- 21 Ecclesiae membra sunt soli viatores fideles.
- 22 Baptismus est janua, qua Ecclesiam ingredimur, & Christi, & Ecclesiae membra efficiuntur.
- 23 Pontificis auctoritas, & potestas non potest esse major quam Christi, cujus Vicarius est.
- 24 Subrogatus non potest esse majoris potentia, quam is, in cujus locum subrogatur.
- 25 Christus Dominus in quantum homo non habuit temporalem totius mundi dominationem, ex communi multorum sententia, qui referuntur, num. 30.
- 26 Jeremie locus cap. 22. vers. 3. de Regno Jeconie loquens, perpenditur, Et num. 32.
- 27 Christus noluit exercere officium divitoris inter fratres.
- 28 Regnum suum non esse de hoc mundo, quo sensu Christus Pilato responderit, Et num. 33. & 41.
- 29 Christus, & Apostoli paucarum rerum dominum habuisse dicuntur.
- 30 Divi Augustini, Hieron. Ambros. Basilii, Bernardi, & Theophylacti loca expenduntur, temporale dominum Christi negantia.
- 31 Divus Hieronymus circa Jeremie locum in cap. 22. supra dicit.
- 32 Circa antecedentia Divi Ambrosii explanatio.
- 33 Christo ut homini, excellens quoddam dominium temporale, quidam ex domo sive virtute unionis attribuant.
- 34 Christus non transtulit in Ecclesiam, & ejus Vicariam ea, quae sibi excellenter, sive eminenter concessa fuerunt.
- 35 Consequencia haec non semper valet: Hoc potuit Christus in quantum homo, ergo & ejus Vicarius.
- 36 Pontifices essi habent temporalem jurisdictionem, ea uti non debent.
- 37 Christus Dominus non abstulit dominia hominum, etiam peccatorum, & tyrannorum.
- 38 Christus jussit, tributa Caesari solvi, Principibus obedi, & materiali gladio uti noluit.
- 39 Sedulii Paschalis Hymnus expenditur, in Epiphania ab Ecclesia cantari solitus.
- 40 Divus Augustinus eleganti paraphrasi ostendit Regnum Christi non esse de hoc mundo.
- 41 Pontifices ipsi spirituales potestatem à temporali saepe secerunt, & illam tantum sibi competere tradunt.
- 42 Cap. quo jure, & capit. quoniam 8. dist. 8. expenduntur.
- 43 Cap. cum ad verum, & cap. duo sunt, dist. 96. & cap. nos si incompetenter 2. q. 7. ponderantur, & illustrantur.
- 44 Cap. solite de majoritat. & obedient. cap. per venerabilem, & cap. causarum quae, qui filii sint legit. cap. novit de iudiciis, & cap. tuam de ordin. cognit. capit. si duobus, §. denique de appellation. perpenduntur.
- 45 Appellatio ad Papam non fit in causis temporalibus ex consuetudine totius Christianissimi.
- 46 Cap. conventio 23. quest. 8. cap. inter haec 33. quest. 2. cap. Imperium, dist. 10. expenduntur.
- 47 Hostis Cordubensis qualiter Imperatorum, & Pontificum potestatem distinguat.
- 48 D. Bernard. temporalem jurisdictionem Regibus terrae relinquendam docet, & alienam à Romano Pontifice vocat.